



Universitätsbibliothek Paderborn

Geschichte der geistlichen Stiftungen, der adlichen Familien, so wie der Städte und Burgen der Mark Brandenburg

[Urkunden-Sammlung für die Orts- und spezielle Landesgeschichte]

Riedel, Adolph Friedrich

Berlin, 1843

II. Pabst Clemens III. bestätigt dem Bisthume Schwerin seine Diöcese und seine Besitzungen im Jahre 1189.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-54314](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-54314)

Nizekendorp, exceptis in ea XI. mansis ad concambium ut jam diximus assignatis, unum quoque mansum situm in Schollene iuxta fluvium Bodam solentem X solidos. Preterea firma sint eis beneficia Domini Anselmi Episcopi sui, quibus prebendam eorum adauxit, dans eis curtem infra vallum antiquum Kabeliz positam, itemque villam proxime adjacentem, que similiter Kabeliz appellatur, quarum utramque deinde successor suus Dominus Walo illis in prebendam confirmavit, addens et ipse predictis beneficiis villam suam que Vifca*) dicitur. Hec igitur cuncta, sicut superius comprehensa sunt, cum omnibus pertinentiis suis, redditibus, decimis, pratis, pascuis, aquis, silvis et feruitiis, libere possideant; tria quoque molendina in litore Albis fluvii cum facultate ibidem piscandi habeant. Que omnia ut tam ad futurorum quam presentium notitiam perveniant, huic pagine inseruimus, et ut inconcussa famulis Dei permaneant, banno beatorum apostolorum Petri et Pauli et auctoritate Sancte Romane ecclesie nec non nostre humilitatis privilegio eis confirmamus. Omnibus ergo bone voluntatis ergo prenominationum locum existentibus eumque simul et jura ejus ab injuria defendentibus gratia et pax in presenti multiplicetur et in futura vita eterna super erogetur. Qui vero eum maligne perturbaverint et a quiete seu profectu suo deficere fecerint, ipsi, nisi digne reatum suum emendaverint, sicut fumus deficient, et sicut fluit cera a facie ignis, sic e facie dei cum peccatoribus in eternum pereant amen. Hujus rei testes sunt: Walo Havelbergensis Episcopus, Wolmarus Brandenburgensis Episcopus, Sifridus Nienburgensis abbas, Rokerus majoris ecclesie prepositus, Heidenricus Hallensis prepositus, Gunterus de gratia Dei prepositus, Hupertus**) Havelbergensis prepositus, Reinerus prepositus de Liezeka, Sifridus Decanus, Heinricus prepositus ecclesie S. Sebastiani, Balderamus ecclesie beate Marie prepositus, Albertus, Gero, Conradus, Ulricus et Conradus, Magdeburgensis ecclesie Canonici. De laicis vero Otto Marchio Brandenburgensis, cum filiis suis Ottone et Hinrico, Burchardus Burgravius de Magdeburg, Theodoricus de Wichmannsdorp, Sifridus Burgravius de Arneborch, Bruno de Siersleue, Bruno de Gersleue; de Ministerialibus quoque Magdeburgensis ecclesie Hinricus de Jercho cum filio suo Alberto et fratre suo Rodolfo, Conradus Scultetus de Magdeburg, Richardus et Conradus de Alslene et alii quam plures. Acta sunt autem hec in ciuitate Magdeburgensi, anno dominice incarnationis M^o. C^o. LXXII.; Epacta XXIII., Indictione II., Concurrente IV., regnante Domino Frederico gloriosissimo Romanorum imperatore semper Augusto feliciter amen.

Nach einer Copie des Geh. Staats-Archives aus dem 15. Jahrhunderte. Fehlerhaft in Buchholz's Gesch. der Churm. Br. Thl. IV., S. 19. Gercken's Cod. VII., S. 10—15.

II. Papsf Clemens III. bestätigt dem Bisthume Schwerin seine Diöcese und seine Besizungen im Jahre 1189.

Clemens Episcopus, Servus Servorum Dei, Venerabili Fratri Bernoni, Megapolitanae Ecclesiae Episcopo etc. — tu venerabilis in christo frater, Episcopo Berono, ad praedicandum pagani et feminandum verbum fidei institutus, exposuisti te ipsum laboribus et — periculis et in anxietatibus multis sparsisti semen Divinum, et erogasti talentum tibi creditum ad usuram, et gentes plurimas, quae

*) Mspt.: Siuica. **) Mspt.: Humbertus, Buchholz: Rupertus.

ignorabant Deum, veritatis lumine illustrasti et reduxisti ad cultum Dei, quae antea captivae laqueis Diaboli tenebantur. Nunc igitur, quoniam a sede Apostolica postulasti, ut Episcopalem sedem in loco, qui dicitur Suerin, auctoritate sacrosanctae Romanae, cui Deo auctore praesidemus, Ecclesiae confirmemus, nos tuae postulationi grato concurrentes assensu, ad exemplar felicitis memoriae Alexandri et Urbani Romanorum Pontificum, Praedecessorum nostrorum, Pontificalem cathedram in eodem loco manere statuimus et ei subscripta loca dioecesana lege futuris deinceps temporibus decrevimus subiacere. Clausura et Ecclesias aedificatas et aedificandas per provincias Ducis Henrici, quarum una, quae Mikelenborch nuncupatur, tendit usque ad provinciam, quae dicitur Bretzen, usque in mare, et sic juxta maritimam pervenit terminus Episcopalis usque ad rivam (ruiam?), A riva (ruia?) autem usque ad Penum fluvium, ubi idem fluit in mare, Inde vero usque Wolgast, et a Wolgast Penum Fluvium sursum versus usque Misereth, ipsam terram Misereth usque Plote includens, et terram Plote totam usque Tolentz, Ipsam Provinciam Tolentz cum omnibus insulis suis totam includens; A Tolentz vero ad silvam, quae dicitur Befut, quae distinguit terras Havelberge scilicet et Möriz, Tandem quoque terram Möriz et Veprouve cum omnibus terminis suis ad terram, quae Warnovve vocatur, includens, et terram Warnouve cum omnibus terminis suis, ex utraque parte Fluminis, quod Eldena dicitur, usque ad castrum quod Grabou nuncupatur, ipsum Flumen transiens ibidem, tendit ad Fluvium qui dicitur Sudin, comprehendendo omnia attinentia Provinciarum Suerinens. Et ab hoc fluvio procedunt termini secundum distinctionem Provinciarum Ratzeburg et Suerin, usque ad Brezen. Ex praedicti Ducis donec secundum distinctionem ipsius partem civitatis Suerin, a domo piscatoris cujusdam, cui nomen erat Suk, ad vetus Cemiterium directe tendentem et idem transeuntem usque in Scalam, cujus medicatem includit, et ultra paludem eidem scalae proximam, totam insulam et molendinum a civitate in parte aquilonis situm et parrochiam praedictae civitatis cum omni jure; Quinque villas in parrochia Suerin, Meduvete, Wichendorp, Hontorp, Rampe et Wotekitz nuncupatas; Ex altera parte Albiae tres villas et in Sadelbandia unam villam Borist, et in terra, quae dicitur Bresen, duas villas. Insulam quae dicitur Liptz et duas villas Clutze et Galanze et castrum Buttsou cum terra sibi attinenti et octo villas in Mikelenborch, quas Pribislaus cum omni jure in Buttsouve commutavit, Quarum nomina sunt haec Notzebul, Warin, Glambeke, Coleunc, duas Maackmafe vocatas, Nubintze, Dargumesle et omnes villas terrae, quae dicitur nona (nova?) cum omni jure in Buttsouve commutatas a Pribislaio a Buttsouve in utraque parte aquae, quae Nebula dicitur, usque ad terram quae Tribedent vocatur, a Buttsou autem sursum versus aquam, quae dicitur Warnove ad locum, qui Slup nominatur, et terram adjacentem Buttsouve, Werle dictam, usque ad fluvios Tithmenteke, Zarnouve dictos cum omni jure, Doheran vero et totam terram Gobantze spectantem, in terra Kytin duas villas, villam sancti Godehardi scilicet et aliam huic adjacentem cum omni jure, ex dono Castemari Christianissimi Principis in Bard duas villas cum omni jure et utilitate et terram eidem adjacentem, Pitne dictam, cum omni jure, duas villas prope Demmin Woteneke et aliam adjacentem et locum Dargun dictum, in quo tu Frater Episcopo Coenobium fundavisti, et duas villas in Circipene, Unam villam in Moritz et unam in Warnou, et omnem decimam per totum Episcopatum. — Datum Laterani, per manum Moylis, sanctae Romanae Ecclesiae subdiaconi vicem agentis Cancellarii, secundo Kalend; Octobr, Indictione Octava, incarnationis Dominicae anno MCLXXXVIII, Pontificatus vero Domini Clementis papae III. anno secundo.

Vollständig in Schröder's Papst. Mecklenburg p. 2899 — 2902. Vgl. den Stiftungsbrief von Havelberg, B. II. S. 435.